

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Capvt Primvm. Danielis in servando proposito firmitas, & constantia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

# DANIEL

## PROPHETARVM PRINCEPS

### DESCRIPTVS.

## CAPVT I.

*Danielis in servando proposito firmitas & constantia.*



ANIELEM HEBRAVM VATEM inter septemvirois prisca legi jure meritissimo numeramus, ævo ultimum, non rerum gestarum magnitudine. Quis porrò Daniel propria, quis & quantum eruditione, facultatibus, dignitate, sapientia, virtute, sanctimonia fuerit, suo loco dicemus. In antecessum hæc paucula sufficerit libæse.

Daniel sanguine regio progenitus, supra nonaginta annos principes palatinus, tam Chaldaea, quam alia omni literaturæ eruditus, vir ævo illo doctissimus, omnimque sapientissimus, & quod elogiorum caput est, divino spiritu afflatus, vaticinij laude florentissimus.

Sed itulum ad ipsam vertamus historiam, in qua explicanda cum servabimus ordinem, quem divinus historiæ scriptor servavit, qui maximam temperantiam atque abstinentiam laudem Danieli, sociisq; tribuens: Proposuit autem Daniel in corde suo, inquit, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potuisset ejus. Nimirum Daniel a C etiâsi mente combibit; Divina lex istud prohibet; hoc vetitum, ergo neutiquam faciendum, quidquid demum sequatur damni. Ab eâ mente Daniel nec verbis, nec muneribus, nec minis, vi nullâ potuit abduci. Vetitum est, ergo factu foedum, ergo minimè committendum est. Validissimum prorsus retinaculum peccaturis injicit hæc una cogitatio: Veritum est. Quod hoc capite uberioris differemus.

## §. I.

*Proposuit autem Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis.* Divini vim edicti Daniel ita complexus est animo, ut omnes adversa ratiocinatione ariete hoc uno eliserit: *Vetitum est.* Quidquid objiceretur, ille animosissime repudiatis: nec volumus, ajebat, nec possumus divinam legem violare, etiâ facultatum, nominis, famæ, insuper & vitæ jaætura sit facienda. Perdamus omnia, non referit, modò servemus leges patris. Pereamus nos, quid interest, dummodo sit Dei decretum. Hos tales cibos admittere, nobis vetitum, ergo istud nunquam facturi sumus. Vel sanguinem potius placet prodigere, quam legi fraudem facere.

Vetitum erat Hebreis, in obvios quoque cibos se effundere, sed jure non tam stricto, quam furtum, adulterium, homicidium. Et primò quidem Iudeis nefas erat in societatem mensæ cum idololatriis venire. Pemnècum trus in Cornelij Centurionis domo: *Vos scitis*, inquit, idololatri, *quomodo abominaruntur si viro Iudeo conjungi aut accedere ad alienigenam*, scilicet convictus gratia, ad ejusdem mensa familiaritatem. Hinc Dominum IESVM fitientem Samaritanis perstringens: *Quomodo tu*, inquit, *Iudeus cum sis bibere a me poscis, que sum mulier Samaritanæ non enim conturitur Iudei Samaritanus.* Deinde leporina & suilla caro, præter ejusmodi alia, Hebreo-

rum mēnsis ex lege arcebantur. Atqui aularum mensa id genus carnium minime aversantur. Accedit, la caro. quod idololatræ multa comederint, Dñs p̄ illis oblatâ, quam si pari libertate in cibos Iudæi admisissent, 3. Immola- chorum. grandi religioni suarum dispensio fecissent. Quod & Christianis initio vetitum. Hinc illa sc̄iatuſ Apostoli epistola: *Vitum est Spiritui sancto & nobis nihil ultra imponere vobis oneris quam haec necessaria, ut abstineatis, & vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine & suffocato, & fornicatione.* Ergo rectissime Daniel: Hoc, inquit, inter vetita ducimus, eam ob caussam id nunquam committeremus. Retinaculum peccati, memoria præcepti.

Adversus hanc Danielis & sociorum temperantia rationes, tantòque pondere pugnârunt, ut nemo jure videatur offendii potuisse, si subductis rationibus dixissent: Quidquid rex iusserit, in mensam admittimus: Date, quod consuetum est huic aulæ apponere. Nam illi hæc momenta rationis ordine potuissent Rationes objici. 1. Quid, o boni juvenes, hic frustra reluctamini? Captivi estis, nec enim domi vestra agitis. Nihil vobis in regiam cujanam juris. Novas illi leges scribere non vestra potestis est. Num vestra conditio lis & fontis oblitus, quid prandendum, quid cenandum sit, diciorū existabitis? 2. Sed esto, captivi non sitis, peregrini certè pugnari. atque exteri estis, quibus neuti quād permisum in alio regno novam cenandi consuetudinem inducere. Hic aulæ nostra mosest, quem antiquare conatu vallis nimis nitimi. Ergo edite, quod vobis apponitur, Omne, quod in acello venit, manducate, nihil interrogantes. 1. Cor. 6. 12. propter conscientiam. 3. Sin obstinate, quos regios reputatis, omni regis gratiâ excidetis. Rex istud sui contemptum interpretabitur. 4. Malafaris caput extremo periculo objicietis, si veliro stare judicio pertendatis. Officium Malafar & vitam perdidit, si contra regis iusta aliam vobis preberit diætam. Ergo alieni saltem capitum discrimen attendite, si vestrum vobis caput venale. 5. Et quales, obsecro, totius aulæ sermones commebant, quales irrisus? omniū eritis fabula; triviale de vobis carmen cantabitur, omnium in vos cavilli jacentur. Ergo sanctora inite confita. Non licet hic multum tricari. Imperium regis exequendum. Ratiunculis cedendum omnibus, ubi regis urget iusso. Nihilominus *Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis.* Id ē & tres alij propofuerunt. Hinc liberrimæ voces illæ: *Dentur nobis legumina ad refendum, & aqua ad bibendum.* Atque ut istud suavius persuaderent: *Tenta nos, obsecro, ajunt, servos tuos diebus decem, & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, quæ resurserit cibo regio;* & sic uideris, facies cum servis tuis.

En, quid propositi firmitas possit, quam retrahat à malo! ô quanti quanta proponimus, & fit nihil: dicunt, proponunt, statuant, & fit nihil; promissis implent æthera & fit nihil. Hæc quidem proposita nostra sunt, sed non firma, non in corde masculo nata.

## §. II.

*S*usanna, de quâ suo loco differemus, cum sciret adulterium omne prohibitum, proposuit in corde suo pudeſieri potius Babylonie tota, ad extremū poſſam:

Observatio interdictorum.  
I. In Susanna:

tiū supplicium trahi, lapidari potius statuit, quād adulterari. Vetus est, nefas est, ergo neutiquam committendū est. Prī animo Eleazarus senex laudatissimus. Destinavit non admittere illicita propter vite amorem. **2. In Eleazarō fenc.** Suillam esse vetitā sciebat, idcirco propolet in corde suo mori potius, quād cibo vetito contaminari. Erant, qui miseratione parum laetandā moti clanculum rogarent ederet carnes lege non vetitas, cāq; ratione suaviter simularet porcinas à se comedatas, itaque supplicium evaderet capitale. Quā in re mirificē humanos se sensuerunt. At ille tam importunis suasoribus: Turpissimum est, inquit, cano capiti simulare, aut fingere. Quid si faciam, an non juvenes nostri putabunt Eleazarum nonagenarium ad alienigenarum vitam transisse, unde & ipsi tum amore vita, tum exemplo meo inducti similia audere non refugient? Quocirca hoc nupquam facturus sum, neq; eam hādēnus his morib; confuevi vivere, ut ingenitā nobilitatis canitiem maculā tam turpi polluam. Ergo secundūm sancte & à Deo condite legis constituta **ibid. v. 26.** præmitti volo in infernum. Nam est in presenti tempore suppliciis hominum eripiar, manum tamen omnipotens nec virū nec defunctū effugiam. Quamobrem fortiter vitā excēdendo, seneccitē quidē dignus apparebo; adolescentibus autē exemplum forte relinqam, si prompto animo, ac fortiter pro gravissimis & sanctissimis legibus honestā morte perfungar. Et verò etiam perfundētis est. Tanti fuit Eleazarō nihil patrare veritati. Cūm tamen suillam edere non illō jure stricissimo vetaretur, quo vetantur mendacia, furtū, adulteria, homicidia, quā Deus non lege solūm scriptā, sed etiam naturali ac congenitā gravissimē vetat. Nihilominus divinas leges, o Christiane, audes cōtumeliosissime perfringere. Exācte illud nosti: Non loqueris contra proximū falsū testimoniū, & tamen non tantum mentiris, sed ut mentaris, datā op̄ā & studio id agis. Non nescis, quid septima lex v̄t̄: Non furaberis. Et tamen mānū in aliena mittis, & furaris. Integrē calles, quid sexta lex prohibet: Non māchaberis. Et tamen eo ipso animo domum subis, ut in vetitu ruas & moecheris. Nō ignoras, quid quinta lex interdictat: Non occides. Tu tamen pugionem rapis, gladium stringis, & intentas alteri mortem temerarius legirupa. Atq; hoc est, quod peccata letalia nimis quantum auget. Hęc illa noxarum est enormis gravitas, hęc illa iniquitas infinita, scire, & a dictante conscientia audire: Hoc mitte, est vetitum est, & à Deo iudice supremo vetitum est, & sub poenā mortis aeternae, sub jaēturā cæli & beatitudinis aeternae vetitum est; hanc ipsam tamen culpam nihilominus committere, legem divinam rumpere, & scientem ruere in malum. Hoc sanè aliud non est, quām Deo illud impiorum oclamare: Manda, remanda; Mandā remanda, ego tamen vel invito te, vel te veante hoc facio. Hoc, inquam, infanda in Deum injuria est, nullis ignibus, nullisq; seculis expienda.

Hinc Deus minuta in speciem delicta severissimē puniit. Ob ponitum unicum inobedienter admirorum gens humana omnis periisset aeternū, nisi Dei Filius succurrisset p̄reuentibus. Sed etiamnum post mortē à filio Dei obitam, quot millena millia, quot hominum millions in aeterno flammis pr̄cipitantur. Sed esto, nullus pereat ex humana gente, an non satis hoc supplicij est, ob unicū pomum, ex arbore vetitā direptum, omnibus omnino hominibus esse moriendū? Si protoplasti, prout erant ante ausum primū sapientissimi, rem aliquantulūm examināssem hoc modo: Quidquid sit, et si arbor hęc mala non sit, illius tamen fructus libare vetitum est; sive Dij futuri simus, sive non, hoc vetitum est; sive aperiendi sint oculi nostri, sive non, gustare hos fructus vetitum est. Apertissimē nobis ab ipso Conditore denuntiatum: De ligno scientia boni & mali ne comedas. Ergo quod vetitum, nequa-

A quam committendum. Si ita, inquit, ratiocinati fuissent, paradisum retinuissent.

Dux bellī laudatissimus Iosue, expugnatus Iericho urbem, edictum militare promulgari iussit istud: Cavete, ne de hī, que præcepta sunt vobis, quipiam contingat, & sitis prævaricationis rei, & omnia castra Israēl sub peccato finit, atque turbentur. At verò Achan amore præda, la captus modestissimē, ut ipse putabat, clam aliquid accidit contra vetitum. Quod ipse demum fassus: Vidi, loquor, inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos sicos argenti, regulāmque auream quinquaginta sutorum, & concupiscentibus abfulti, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argenūmque foſā humo operi. Res bellī non magna nec ulli noxia, quia tamen vetita, hęc in Achanum sententia capitalis est pronuntiata: Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Secutum mox supplicium. Ab omni populo lapidibus est obrutus. Omnia, quę illius erant, filii & filiae, omne pecus, omnis supplex unā cum argento, aureā regula & pallio, in detestationem criminis consumpta sunt igni. Tan- ti est audere vetitum.

### 9. III.

**H**is firmandis Regum fasti rem miserandam memorant. Virum Dei, Propheta verum rex Iero- roboam invitaverat humanissimē ad prandium. Cui tū Propheta: Non venio, inquit, neg; si mihi dimidium domū tuā dones, non venio. Hoc enim mihi vetatum. Ita vates fortiter se gesist, & rex tulit repulam. Abeuntem hunc vatem prophetes alius, led fassus, in itinere assecutus invitavit in domum, & ad mensam suam. Nō licet mihi, ait alter, reverti, nec in viā quidquam vel comedere vel bibere. Hęc enim vetans Domini vox est: Non comedes panem, & non bibes aquam; ibi, nec reverteris per viam, quam iesis. Cui alter: Et ies, inquit, propheta sum similis tui: Angelus locutus est mihi in sermone dicens: reduc eum in domum tuam, ut comedas panem & bibas aquam. Ita fessilis eum, & reduxit secum. Nec diu abfuit pena. Dum enim una prandent, vox ruit ab alto: Quia non obediens fūisti orū Domini, & non custodiisti mandatum, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus: & versus es, & comedisti, & bibisti aquam in loco, in quo præcipit tibi, ne comederes panem, neque biberes aquam, non infretur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum. Sententia tam tristī accepta abiit, & in viā jugulatus est à leonē, velut carnifice, qui prandium punivit vetitum.

Tu, o Deus, mandasti mandata tua custodi nimis. Vt nitentibus in vetitum. Hac in re Balaam insignissimē se gesist. Misericordia ad eum rex Balac principes, qui virū sua viter invitatum ad se perduerent. At ille principibus libertinem: Ite, inquit, in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum. Renuntiatus est hoc Balaco regi, qui rursum plures & nobiliores, quām ante, misit. Legati virum humanissimē salutantes: Hęc ipsius ma, inquit, regis te invitantis verba sunt: Ne confiteris venire ad me parasum honorare te, & quidquid valuebis, dabo tibi. Cui Balaam iterū: Si dederit mihi Balac plenā domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, non venio, edictū vetans non temero. Animus magnus & vetiti observans, modō & conflans sufficit, retinaculum omnis pecati, memoria præcepti.

Iosue ad nutum & exactissimē obtemperat do- benti. Divinus scriptor de illo: Sicut, ait, præceperebat Do- finis minus Moysi servo suo, ita præcepit Moses Iosue: & ille universus complevit; nec præterit de universis mandatis, nec unum quidem verbum, quod jusserrat Dominus Moysi. Vbi quis lepitum legibus solvere, religionibus liberare, & fibi met excepcionē dare incipit, jam actum est; varias fibi causas p̄t, atque fingit temerandi vetiti: Tam gnavoriter dicet, non est prohibitum. Cui enim noecco, si hoc agamus, quod rati- fit, p̄ne fieri non censemus. Nunquid ob rem tam levius?

leviculam ad inferos mittat? Ita sanè, mi homo, vel ob  
pomum, quia vetitum, cogimus mori. Nec levis est  
culpa, vel in re levissimam Deum yetantem spernere.  
Proposuit Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis,  
tamet gravibus & multis urgetur caussis, ut hisce  
mensa legibus se suosque solvetur: Non solvit. Nemo  
dixerit, sum pauper, sum debilis & ægen, immanis ap-  
petitus, vehemens me sollicitat tentatio, neque ego  
sum resistendo, licebit ergo aliquantulum metas ve-  
titi tranfilare. Neutquam licebit. Neque enim divinæ  
leges tam admitunt explicacione. Nunquam men-  
tiri licet, furari nunquam, aut pudicitiam temerare,  
quia vetitum. Sat caussarum est: Deus vetuit. Yetan-  
tem spernis? à tergo tua te Nemesis sequetur. Vocife-  
ratus Moses: Quid si audire nolueris, inquit, vocem Domini?  
Dei tui, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehen-  
dent te. Maledictus erit in civitate, maledictus in agro. Male-  
dictum horreum tuum, & maledicta reliqua tue. Maledictus  
fūctus ventris tui, & fructus terre tue; armenta boum tuorum,  
& greges ovium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & male-  
dictus egrediens. Haud aliter Iaías: Abiecerunt legem ex-  
ercituum, ait; ideo iratus est furor Domini. Gravissimum est  
in se vel levissimam patrare, quam yetet Deus,  
Salomonete: Qui declinat aures suas ne audiat legem,  
oratio eius erat execrabilis.

Proponat igitur quisque in corde suo, opes potius  
ac facultates omnes, existimationem & famam, san-  
guinem & vitam animosè prodigere, quam scientem  
nre in vetitum, & vel unicam Dei legem violare.  
Hoc affiduc ob oculos obvenietur. Vetus est, ergo  
neutquam admittendum est. Proponat in corde suo  
cum Psalte regio: In eternum non obliviscar iustificationis  
meae. Iuravi & statui custodire iudicia iustitia mea.

## C A P V T II.

Illusterrima Danielis, & sociorum abstinentia.

**N**e vel minimā adversis Dei leges culpam con-  
fisceret Daniel , Malasarem regium Diætarium  
summè rogan: Tenta nos, obsecro, ait, servos tuos diebus de-  
cem, & deniū nobis legumina ad recessum, & aqua ad bi-  
bendum, & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum,  
qui recessunt ab ore regio, & sicut videris, facies cum servis tuis.  
En , juvenis sanguine regio prognatus cubiculario  
supplicat, sœg, benevolo illius arbitrio veluti servum  
committit. Sed huic tam submissæ humanitati non  
licet immorari , ad alia festinamus.

Modestissimum conflitum Malasari non displacevit; admisit tam humanas preces. Elapsis igitur decem diebus, Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores pro omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. Resista Malasari visa est commodissima. Cogitare illi primum fuit: si fontana & cicer formâ adeo succi plenam concilient, cibus potuque regius in meos cederi solitus, plorante illis, & aqua satis dabo. Ita Malasari tolerabat cibaria & vinum potus eorum, dabatque eis legumina. Pueris autem his Deus dedit scientiam, & disciplinam, in omnibus libro & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Completa itaque diebus, post quod dixerat rex, ut introducerentur, introduxit eos propositus eunuchorum in confectu Nabuchodonosor. Cumq[ue] eis locutus fuisse rex, non sunt inventi tales de universis, ut Daniel, Ananias, Misael & Azarias, & steterunt in conspectu regis. Et omne verbum sapientia & intellectus, quod sciatis est ab eis rex: inventi in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos in universo regio ejus. Hoc ipsum & hydriola, hoc divinae lectionis conformis potuit abstinentia. Hic exponendum, ad rationes, ad libitos, ad sumimillimus, sed succincte & compendio, quid rationum & causarum ad abstinentiam nos impellat, & cur de illâ crebrius sit differendum.

A 11. R. D. Q. 1. §. I. Prima.  
**P**rima ratio, quæ abstinentiam nemisi non persua-  
deat, est in genere hoc bonum: *Divinitatem mirifice placat*  
*Abstinentia.* Rex Iosaphat ab Ammonitis, & Moabitis  
hostiliter cinctus, Totus se contulit ad rogandum Dominum,  
& predicavit i<sup>m</sup> junium universo Iuda. Ad abstinentię & je-  
junij preces divinā nitescit ira. Exactam punitentię  
normam dictatus loēl: *Converzimini ad me, inquit, in*  
*toto corde vestro, in jejuno, & in fletu, & in planctu.*  
2. Per. c. 20.  
vers. 3.  
3. Joel. c. 2.  
vers. 12.

Altera ratio. Abhinc facilius imperat a Deo quod regat. Secunda. Edras sacerdos pro testimonio dicens. Predicavi ibi 1. Edras c. 8, verba 21. at ut peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris. Rex David omni cibo abstinet, ut filiolo suo quem ei Bithsheba generaverit, vitam imperet. Ieunavit David 2. Reg. c. 12, jejunio, & ingressus seorsum jacuit super terram. verba 16.

Tertia; Christi sobrietatem, abstinentiam, & jejunia Tertia,  
ad nostrum modulum par est imitari. De suis aperte  
Christus; venient dies, cum aufererit ab eis sponsus, & runc je-<sup>Luc. c. 5.</sup>  
B junabunt. Ablatus est sponsus: jejunium non recusat, <sup>vers. 35.</sup>

quisquis sponsi desiderio flagrat.  
Quarta: le junium & abstinentis expandis peccatis  
unice conductunt. Promulgante Ionā pœnitentiam in  
urbe populosissimā Ninive, Crediderunt viri Ninivite in Ione c. 3.  
vers. 5.  
Deum, & prædicaverunt jejunium.

Quinta; superandis tentationibus facit jejunium. Quinta.  
Dilucide Bernardus: Tentationes, inquit, vincere non posse. Bern. de mo-  
teris, nisi carnem per abstinentiam castigaveris. Hoc ar-  
morum generi usus Rex David adversus hostes. Ego  
autem, ap. cùm mihi molles essent, induabar cilicio, humiliabam in jejuno animam meam.

Sexta. Tam corporis, quam animi malis præcaventur. Sexta.  
dis plurimum prodest abstinentia. Idem, quem dixi,  
Clarevallensis Abbas luculentissimus testis: Per abstinentiam loco  
tiā, inquit, omnes virtutes radicantur, & edificantur; per gula diabolū  
omnia virtus nō suntur, & confortantur. Ideo tres pueri in ea  
mino ignis non arserunt, quia abstinentes fuerunt. Daniel igitur  
liberatus est de ea tempore, quis summis afflictionis tribulatione

liberatus est de ore leonum, quia servus abstinentia ciborum.  
Septima; Edomandis carni abstinentia subsidens Septima.  
opportunitismi. Luxuria saturatit semper vicina, carnem subjugat, luxuriam refrenat abstinentia. Nam comedem Bernardo teste, Pervent Cupidis arcus, cum corpori subtrahitur cibus & potus. Amica castitatis famae panem cogitat, non adulteria. Danielis Abbas scitum est: Vigor corporis, languor animi. Vis carnem ad obsequium flestere? jejuniis frange.

*Ostava.* Octava; Animo vegetando adjumentum maximum abstinentia. Iejunum animę alimentum. Mens multitudine siborum fatigata perdit vigorem orationis. Sobrietas & Abstinentia, longioris vita ac sapientiae mater. De abstinentia productioris vita certissimam vide Aloë causā jam saepius & libris singulari egimus. *amari, sed*

Hac ipsa Danielis historia dictorum confirmationem suppeditans: Et apparuerunt, inquit, vultus eorum me- liores & corpulentiores præ omnibus pueris, qui receperantur in bo regio. Quod ipsa etiam natura potuit efficiere: tum quia Hebrei juvenes illi huic diaeta venienterunt, vers. 15. tam etiam ab opiniis incunditatem quam ex ea tem-

tum etiam ob animi jucunditatem , quam ex ea temper-  
perianâ hauserunt. Si ad altiores causas respiciamus,  
habitiorē vultum, abstinentia præmium dicemus. Sic  
Iuditha venustiorem formam, sic Samson fortitudinē  
auctiorem sibi conciliavit abstinendo. Exercitatio &  
abstinentia, si jungantur, superant aurum potabile, la-  
pidem philosophicum, quintam essentiam è margaritis,  
forbitiunculam elixir nobilissimam, omne omnino  
pharmacum multis modis præcellunt. Abstinentia pu-  
ros, liberōisque reddit spiritus, & mirum quantum va-  
lerudinem firmat. Cùm enim anima rationalis simul  
& sentiens, & vegetans sit, vires autem habeat certis li-  
mitibus circumscriptas, inde fit, ut quò minus coquen-  
dis cibis impeditum è magis occupari possit perfic-  
tiendis studiis. Hinc Salomon Sapientiæ miraculum:

## Cogitavi